

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Stockmann

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Stockman Med. D.  
& Profess. Ad Exequias, Quas Infantulo ... Heinrico Schnobelio paratas cupiunt  
Parentes moestissimi, Cives Academiae Invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423723>

Druck    Freier  Zugang



**S**tockman, J.,

in

**H. S c h n o b e l.**

Rost. 1650.

26.







PROGRAMMA  
 Quo  
 RECTOR  
 Academiæ Rostochiensis  
**JOACHIMUS STOCKMAN**  
 Med. D. & Profess.

*Ad Exequias,*

*Quas*

*Infantulo bellissimo, filio suo desideratissimo*

**HEINRICO  
 SCHNOBELIO**

*Paratas cupiunt*

*Parentes mœstissimi,*

*Cives Academæ invitati.*

*Conventus fieri in Templo Jacobæ ad  
 horam medianam primam*

• 6(0) •

**ROSTOCHII,**

*Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.*

ANNO M. DC. L.



PROGRAMM  
RECTOR  
IOACHIMUS GOTCKMAN

COLLEGIATI  
PRAESES  
PROFESSOR  
HISTORICO-POLITICO-  
PHYSICO-MATHEMATICO-  
LITERARIO-ARTISTICO-  
THEATRICO-  
ACADEMICO  
IN UNIVERSITATEM  
ROSTOKENSIS  
GOTCKMAN



**N**atitatem liberorum nasci  
quoq; in animis parentum lætitiam,  
ipsa naturæ propensio, quæ ad pro-  
creandum quemq; invitat, & ad id,  
quod procreatū est, diligendum accedit,  
comprobat. Et quia, teste scripturā, donum DEI  
sunt liberi, quis tam impiæ esset ac rigidæ mentis,  
qui eos non læto ac hilari animo datos suscipe-  
ret, & datorem gratiarum actione celebraret?  
Ostendit hoc Servator in Evangelio, dum fæmi-  
nam, ait, tempore quidem partus dolores & tri-  
stiam magnam sentire, postquam autem pepe-  
rerit, ne meminisse quidem tristitiae prioris, præ-  
gaudio, quo hominem, animal scilicet divini ge-  
neris, cæteris imperaturum, ex se natum esse  
intime lætatur. Testantur idem præter expe-  
rientialm omnis ævi exempla, quod homine na-  
to non solum parentes, sed & cognati, amici,  
vicini, veluti manibus plaudere, exultare, gestire  
& congratulari sibi mutuò soliti sint. De Trausis  
quidem, gente Thracibus finitimâ memorat  
Herodotus, eos infantes recens natos lacrymis,  
vitâ verò funèbros verbis lætis & quasi tripudio  
quodam decorare ac proseQUI. De Getis quoq;  
scri-

scribit Pomponius Mela, eos puerperia luxisse,  
funera vero lusu ac cantu lætiori celebrasse. Sed  
ut ut primitus ingressos vitam, (quam velut mi-  
seriarum, periculorum & calamitatum aliquod  
pelagus esse secum cogitabant) fletu potius &  
miseratione, quam lætitia & gratulatione dignos  
censuerint, veritate tamen rei inspectâ, dum vi-  
ta omnino bonum aliquod est divinitus concep-  
sum, & qui in lucem hanc producti, Ecclesiæ,  
quam in hoc mundo Deus conservari ac propa-  
gari vult, patriæ, parentibus plurimum commo-  
di, solatii & utilitatis afferre queunt, ipsi etiam  
ad vitam æternam & immortalitatem destinati  
sunt, cæteri populi saniores istiusmodi morem  
veluti barbarum & naturæ *contrarium* meritò  
spernunt, & nata sobole lætandum potius, quam  
tristandum esse reipsâ probant.

Hæc lætandi materia Tibi quoq; vir consul-  
tissime Dn. JOACHIME SCHNOBELI, J. U.  
D. & Academiæ hujus Professor Gener & Col-  
lega plur. amande, dulcissimæq; tuæ conjugi  
MARIÆ STOCKMANS, filiæ meæ dilectissimæ  
præbita nuperrimè fuit, dum tertium filium se-  
lici partu editum vidistis, & meis amicorum  
que aliorum votis ac gratulationibus exhilarati  
in spem generis ac propagationem familie Eun-

dem superstitem vobis fore mecum credidistis.  
Sed hac novâ læticiâ non diu frui vobis licuit,  
Ubi enim is mundū hunc vix ingressus erat, ac  
aliquatenus salutaverat, subitaneâ morte subtra-  
ctus eidem valedixit. Hinc igitur in mœrorem  
& luctum vos conjectos esse nemo dubitat,  
cùm certum sit & communis dictet sensus, adem-  
ptione boni, quò prius latabatur pectus huma-  
num, non posse non commoveri & contristari.  
Verùm meminisse vos oportet, ita comparatum  
esse in vitâ hâc humanâ, ita Deo placitum, ut  
voluptatem mœror comes quasi individuus, &  
uti poëtæ singunt, catenâ quadam illi alligatus  
consequatur, nec sperandam esse talem hie fe-  
licitatem, quam non aliquod subitò intertur-  
bet infortunium. Sub dio enim hōc, quò regi-  
mur, nihil est diu. Quàm facile tempestas hæc  
hyberna proximis ante diebus mutavit vices, &  
dies idem, quem totum serenum fore credidi-  
mus, vix ad umbilicum sine turbine, pluviâ, gran-  
dine, nive, processit, vel crastinam spondens  
serenitatem spem nostram sefellit ac nubilum.  
post se reliquit posterum! Conjugio verò, quod  
plurima alias habet commoda, hoc adhæret  
incommodi, quod, qui liberorum nativitatē  
admodum gavisi erant parentes, eorum obi-

tum ac immaturum decessum non raro experiri  
cum magno cordolio cogantur. Sed uti ad alia,  
quaे in vita nobis obveniunt, adversa, præpara-  
tum animum habere nos oportet, ne quid aut  
inopinatum, aut improvsum nos feriat, & de  
statu hominis sapientis deiijciat, ita etiam hosce  
casus animo præcipere & ad illos, præsertim hoc  
teneræ ætati pestifero tempore, eundem obfir-  
mare debemus.

Eleganter Comicus:

*Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxi-  
mè, tum maximè  
Meditari secum oportet, quo pacto adversam-  
arumnam ferant.*

Hoc animi robore fuisse ferunt Anaxagoram  
Clazomenium, qui cum rerum naturalium cau-  
fas auditoribus suis explicaret, & inter differen-  
dum de filij morte nuncium acciperet, paululum  
oratione inhibita, præsentibus sciebam me fili-  
um genuisse mortalem, dixit. Alii etiam alijs casi-  
bus ferendis se generose paratos ostenderunt, in-  
ter quos facile palmam obtinet Jobus, qui tan-  
tum abest, ut calamitatibus agminatim in se  
suamq; familiam irruentibus obmurmuravit,  
ut etiam cum gratiarum actione easdem ex-  
ceperit. Quem, sicuti in eum finem nobis pro-  
ponitur, etiam imitari nos decebit, & quem lon-  
ginqu-

iniquitas temporis allatura erat, luctui modum  
ponere. Obiit filiolus, at eo ipso in consortium  
mentium beatarum abiit: non amissus, sed præmis-  
sus: non periret, sed per mortem ad vitam transiit,  
sic enim

*Transfere patres, E nos transfibimus omnes:*

*In caelo patriam, qui bene transit, habet.*

Cæterum hic ipse, cui funus hodie fiet, desidera-  
tissimus infantulus **HEINRICUS**, XXVI.  
Octobr. qui erat dies Veneris, natus, & mox per  
lavacrum regenerationis Ecclesie insertus, XI.  
Januarij, itidem Veneris die denatus est, cum  
vixisset dies LXXVII. Parentes à quibus procrea-  
tus est, jam ante nominati. Avum Paternum  
**JOACHIMUM SCHNOBELIUM**, civem &  
cerevisiariū Veteris Soltquellæ haut postremum,  
Avum Maternum Me **JOACHIMUM STOCK-**  
**MANNUM** Med. D. & Profess. Reipubl.  
Rostochiensis Patriæ Physicum, Acad. hujus p. t.  
Rectorem habuit. Avia Paterna ei fuit **ANNA**  
**PLATEN**, Matrona piissima, Avia mater-  
na **METTEN KRANDUNCKES**, Fæ-  
mina virtutibus ornatissima. E quibus hisce quia  
progenitus fuit parentibus noster *paxagris*,  
Tantò magis vestrum erit, Cives Academicí, in-  
solacium mæstissimorum parentum, in honorem  
vestro-

vestrorum collegarum, in obsequium Magistra-  
tus vestri, solemnitatem funeralis hujus dedu-  
ctionis vestra præsentia auctiorem & honoratio-  
rem facere. Quare vos etiam Dñn. Professores,  
Doctores, verbi divini ministros, liberalium artiū  
Magistros, nobilissimos item & doctissimos Stu-  
diosos juvenes peramanter invitamus &horta-  
mur, ut ad horam medium i. in templo Jacobæo  
adesse, beatæ animulæ exuvias terræ matri red-  
endas frequenti comitatu ad suū dormitorium  
deducere, eademq; operâ vestræ mortalitatis  
recordari & D E O utramq; nostram  
Rempublicam piis votis & suspi-  
riis commendare  
velitis.

P. P. d. 14. Jan. anno 1650.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423723/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423723/phys_0013)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423723/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423723/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423723/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423723/phys_0016)

**DFG**

iniquitas temporis allatura er-  
ponere. Obiit filiolus, at eo i-  
mentium beatarum abiit: nona-  
sus: non periret, sed per morten-  
sic enim

*Transivere patres, Gnos tran-*


*In celo patriam, qui benet*  
Cæterum hic ipse, cui funus ha-  
tissimus infantulus HEINI  
Octobr. qui erat dies Veneris  
lavacrum regenerationis Eccl  
Januarij, itidem Veneris die  
vixisset dies LXXVII. Parente-  
tus est, jam ante nominati.

**JOACHIMUM SCHNOB**  
cerevisiariū Veteris Soltquella  
Avum Maternum Me **JOACH**  
**MANNUM** Med. D. &  
Rostochiensis Patriæ Physicu  
Rectorem habuit. Avia Pater  
**PLATEN**, Matrona piissi  
na **METTEN KRA ND**  
mina virtutibus ornatissima. E  
progenitus fuit parentibus no  
Tantò magis vestrum erit, C  
solacium mestissimorum pare

modum  
sortium  
præmis-  
transit,

mes:

t.  
lesidera-  
XXVI.  
mox per  
cus, XI.  
est, cum  
procrea-  
aternum  
civem &  
tremum,  
STOCK-  
Reipubl.  
uijus p. t.  
ANNA  
a mater-  
ES, Faz-  
uisce quia  
rs,  
emici, in-  
anonorem  
vestro-



the scale towards document